

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1741

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546628

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG\_0179

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## OBSERVATIO.

Mire variare videtur hæc arbor fructibus, quod non tantum ex Rumphii descriptione, sed ex collatis etiam figuris constat, quæ in Horto Malabar. apud Rumphium, in Thesaurio Meo Zeyl. nec non apud Petiver. & Freyerum occurrunt, quæ inter se conferri possunt.

Hujus autem arboris, quæ potui invenire, Synonyma & auctores collegi in Thesaurio meo Zeyl. pag. 151 & 152. quæ hic repetere superfluum duco, ejusque figuram exhibui Tab. 70. & mihi dicitur Manghas lactescens, foliis Nerii crassis, venosis, Jasmini flore, fructu Persicæ simili venenato, ubi vide descriptionem & observationes, quæ, ut lubenter fateor, confusæ quodammodo ibi sunt, in hac enim planta tricas inveni, ex quibus me expedire vix potui, præsertim seductus Synonymis, ac Rumphii figura & descriptione, quæ minime inter sese conveniunt, descriptio enim ejus cum illa Odallam H. Malab. figura convenit, Figura autem respondet illi, quæ in H. Malab. part. 1. Tab. 46. exhibetur, & Curutu Pala ibi vocatur, uti ex illarum collatione statim elucescit. Odalla autem convenit cum figuris Petiveri, Freyeri, & Thes. Zeylanici, vocaturque Cerbera a Linneo in Char. pl. gen. No. 178. ubi ejus Characteres latius examinari possunt. Curutu Pala jungitur a Plukn. in Almag. pag. 43. cum arbore Javanica Persicæ foliis Herm. Cat. Mss. & cum arbore Indica Mali Persici folio. Hort. Beaum. pag. 10.

## AANMERKING.

Deze boom schynt wonderlyk te verschillen in zyne vruchten, het geen niet alleen blykt uit de beschryving van Rumphius, maar ook uit de figuren, die in de Hortus Malabar. by Rumphius, Petiver, Freyer, en in myn Thes. Zeylan. gevonden werden, dewelke met elkander vergeleken kunnen werden.

Van deeze boom heb ik verders de benamingen en Schryvers, die ik heb kunnen vinden, by een verzamelt in myn Thes. Zeyl. op pag. 151 en 152. welke hier weder aan te halen overtollig is, en de Figuur daar van heb ik op Tab. 70. gegeven, welke van my genaamt wert Melkdragende Manghas, met dikke bladen van het Nerium, de bloem van de Jasmin, en de vrucht als een Persik, dog vergiftig, alwaar verders zie de beschryving en aanmerkingen, die daar wat geconfundeert zyn; want ik heb in deeze Plant eenige difficulteyt ontmoet, waar uit ik my naauwlyks heb kunnen redden, voornamentlyk misleidt zynde door de benamingen van anderen, en als ik de waarheid zal zeggen, door de figuur en beschryving van Rumphius zelfs, die met elkander niet zeer over een komen, want zyn beschryving komt over een met die van de Odalla van de Hortus Malabaricus; en zyn figuur met de Curutu-Pala aldaar in het eerste deel Tab. 46. verbeelt, zo als dit uit de vergelyking der figuren ligt blykt. De Odalla derhalven komt over een met de Figuren van Petiver, Freyer, en die van de Thesaur. Zeylan. welke Cerbera van Linnaeus genaamt wert in zyn Char. pl. gen. No. 178. alwaar deszelfs kentekens verder kunnen onderzocht werden. De Curutu Pala wert van Plukn. Almag. pag. 43. gevoegt met de Javaansche boom met Persike blad van Herman in zyn geschreeve Lyft, en met de Oost-Indische boom met een Persike blad van de Hortus Beaumont. pag. 10.

CAPUT TRIGESIMUM  
NONUM.

*Lignum Scholare. Pule.*

**T**ertia hæc lactifera arbor peculiare sibi constituit genus a prioribus diversum. Satis crassum quoque gerit truncum, sed non altum, excepto si in filvis crescat, ubi non vexata excrescit & altior ac rotundior habet truncum, circa hominum vero ædes locata, ubi sæpius cæditur, decorticatur, ac dirumpitur, ejus truncus est crassus, humilis, rugoso, crasso, & fisso cortice obductus, qui hinc inde variis constat nodis. In filvis alatus est prope radicem, ac mox sese dividit in binos tresve majores ramos, qui eriguntur in altum, ejus autem coma aliquid peculiare habet, quo e longinquo ab aliis facile dignoscitur arboribus, est enim gemina, immo sæpe tripla, supremam Umbellæ partem referens, per peculiarem erectum ramum supra inferiorem ac reliquam latam comam sese elevantem.

Ramorum cortex glaber est & albicans. Junioribus ramis folia vicissim insident supra sese invicem, quatuor, quinque, vel sex in orbem simul posita, ac sex simul perfectum formant circulum, ex quo tres quatuorve novi simul progerminant ramuli, qui in summo vertice quinque sexve folia simul gerunt, in quorum centro apex brevis tanquam gemma locatur, qui autem pauciores gerunt radios, vel nondum completi sunt, vel partim decidui, unde & semper unum segmentum vacuum conspicitur.

Folia hæc maxime cum illis Mangæ conveniunt, ac irregularis sunt magnitudinis in uno eodemque circulo, palmam lata, quædam quatuor tantum pollices longa, ac binos lata, cum obtuso apice, firma, superiore parte glabra, inferiore plurimis parallelis costis seu protuberantibus striis pertexta, quorum apex deorsum flectitur, brevibus autem insident petiolis. In furculis hi circuli plures sibi invicem quasi incumbunt, qui in adultis arboribus, uti dictum fuit, sese dividunt per tres quatuorve longiores petiolos.

Flores in amplo & extenso racemo progerminant, qui Papajæ flores referunt, sed multo sunt minores, ac quisque flos componitur ex quinque sexve crassiusculis petalis albicantibus & extrorsum flexis tubulosis, quæ in centro suo tubum concavum formant, corona  
alba

## XXXIX. HO OFTSTUK.

*School-houdt.*

**D**E derde Melk-boom maakt mede een geslagt op zig zelven, van de beide voorgaande verschillende. Hy is mede redelyk dik van stam, doch niet hoog, behalven in 't wild: als by ongemoeit opschiet, heeft by een hooger en ronder stam, maar omtrent wooningen van menschen staande, daar by dikwils gekapt, geschild, en gebrooken werd, blyft by dik, en laag van stam, met een ruige, dikke, en geborstene schorsse, hier en daar met knobbeln bezet. In 't wilt gewint by ook vlerken by den wortel. Hy verdeelt zig straks in twee of drie hoofttakken, die regt over eind staan, en zyn kruin heeft iets byzonders, waar aan men hem van verre bekenen kan, want by is dobbelt, en zomtyds drie dobbelt, gelykende het bovenste een Cuperzol, of Zonne-scherm, op een byzonder verheven tak, boven de onderste een bredere kruin uitsteekende.

De schorsse der takken is effen en witachtig. Aan de dunne takken nu staan de bladeren, ook met beurten boven malkander vier, vyf, en ses in een kring, te weten ses in een volkomen kring, waar uit drie en vier nieuwe takjes spruitende, op haar kruin vyf of zes bladeren dragend met een kort spitsje in de midden, en dewelke minder ribben hebben, zyn of nog niet uitgewasschen, ofte ten deele afgevallen, weshalven men altyd een boek open ziet.

Zy gelyken meest de Mangas bladeren, en zyn van ongelijke grootte, ook aan een en dezelve kring, een band breed, sommige maar vier duimen lank, en twee breed, met een stompe spits, styf aan de bovenste zyde glad, van onderen met veele evenwydige ribben, of uitsteekende strepen doorreegen, met de spitze wat onderwaarts gebogen, en staan op korte steelen: Aan de jonge scheuten ziet men dezer kringen, sommige boven malkander staan, maar aan de volwassene boomen verdeelenze haar, als gezegt is, in drie en vier andere steelen.

Het bloeizel komt voort in een ydele en wydruitgebreide kroon of dolle, en gelykt het bloeizel van Papaja, doch is kleinder, zynde ieder gemaakt uit vyf of zes dikke blaadjes, witachtig, en uitwaarts geboogen, op een balsken staande, in de midden vertoonenze een hol pypken, met

alba coronatum, haud ingrati sed debilis odoris, hæc tamen arbor vespertino tempore suum spargit odorem ad ictus jaculi distantiam, ita ut non certo constet, ubinam arbor sit investiganda: immo Baleyenses credunt usque in cælum ipsum penetrare hunc odorem, nesciunt autem adeo sublime esse.

Fructus sunt filiquæ longæ, angustæ, culmum crassæ, plerumque rotundæ, binæ semper uno petiolo junctæ, a sese invicem remotæ instar pedum hominum extensorum, vel forcipis rustici: Horum parium bina ternave simul majori ac communi infident petiolo, ac quinque talia, & supra hæc bina alia, inque summo bina simul locantur, quæ omnia totum constituunt racemum, qui hinc intricatus quasi apparet. Siliquæ autem hæc sunt parum incurvæ instar acinacis, externe pallide virentes & glabræ, ita ut pro longis petiolis haberentur, octo vel decem pollices longæ, intus vero repletæ sunt alba & lactescente medulla, quæ concrevit in semina tenuia, plana, filiquæ formam habentia, sed magis oblonga & fere quadrata, suntque coronata pappo tenuissimo, albissimo, sericeo, erecto. Semina hæc regulari ordine sibi invicem oblique incumbunt instar abaculorum tectorum, si vero per maturitatem filiquæ sese aperiant, semina hæc vento disjiciuntur, quod & obtinet in *Nummularia Lactea*.

Tota hæc arbor referta quoque est lacte albicante, quod magna exstillat copia, si ejus juniores vulnerentur ramuli, vel folia abrupantur.

Trunci cortex hoc itidem repletus est, sed pauciore & spissiore. Lac ipsum amarum & ingratum præbet saporem, nequitiam vero linguam vellicans.

Flores profert siccis seu Occidentalibus anni temporibus, filiquas vero mense Aprili. Ejus lignum est album, facile exsiccandum, tenue, molliissimum, & albissimum omnium Amboinensium lignorum, facileque elaborari potest ad opera scriniaria levia, uti apud nos *Tiliæ lignum*: sed non diu durat, ac cito cariosum, & a vermibus exesum est. Optimum vero colligitur ex radicum alis, quod cædendum est temporibus siccis & decrefcente luna.

Lignum hoc naturam habet vegetativam, facillimeque plantari potest per stipites & ramos depactos, unde & sepium postes ex his formantur, citissime excrefcentes in ingentes arbores, immo licet hujus ligni frustra terræ incumbant, plures tamen emittunt ramos. Loca amant ventosa hæc arbores, uti campos, silvasque leves. Formicæ albæ, *Solot* dictæ, hanc inhabitant arborem, quæ ingentes in hac formant nidos instar matulæ. Tenuis ejus radices sunt amarissimæ, ac cum cortice in re medica adhibentur, hic autem cortex sæpe avellitur, qui cito tamen regeneratur, unde & adeo nodosus est ejus truncus.

*Nomen.* Latine *Lignum Scholare*, Belgice *School-bout*, ob subsequenter ejus usum. Malaice *Pule*, Ternatice *Hangi*, Macassarice *Rita*. Amboinice in *Leytimora Rite*. In *Hitoë* & *Hoeamohel Lite* & *Lytobu*. Bandensis *Tewer*. In *Horto Malabarico* tom. 1. Fig. 45. Malabarice *Pela*. Bracmanice *Santenu*.

*Locus.* In omnibus aquosæ Indiæ insulis nota est hæc arbor, & quantum dignoscere potui ex aliorum relatu, etiam in India veteri.

*Ufus.* Ubi magna occurrit copia, crassosque format truncos, ejus lignum in assers secatur, ut & in trabes & costas, ex quibus extruuntur ædes, elegans hoc est & album, & in cameris sonoram reddit vocem, sed non diu durabile est, nisi per usum observetur cædendi tempus supra memoratum, ædesque tales ficcæ admodum sunt servandæ. Vulgatissima vero, quæ ex hoc formantur, sunt assercula pedem longa vel paulo magis, digitum crassa, ab una parte topiario opere ornata, ubi & foramen excavatum est pro suspensione; hisce pueri lectiones suas inscribunt, & a magistris vicissim illas in scriptis recipiunt, quas edoceri debent tam in Christianorum, quam in Æthiopum scholis. Quod vero his inscriptum est, expungi potest foliis *Ampelaceis*, donec tale asserculum pristinam recuperaverit elegantiam & albedinem, quum de novo ipsi inscribi potest, uti apud nos fit in palimpsestis, asinorumque pellibus præparatis.

Javani & Malayenses cistas suas aromaticas aliaque minora opera scriniaria ex hoc formant ligno. Ex  
latis

een wit kransken omgeven, niet onliefslyk, doch slap van reuk, evenwel in de avond-stonden na Zonnen ondergank verspreid dezen boom zynen reuk wel een hoog schoot om zig, dat men niet weet, waar men den boom vinden zal, ja de Baleyers gelooven, dat hy tot in den Hemel dringe, doch zy weten niet, dat die zo hoog is.

De vruchten zyn lange smalle bouwven, in de dikte van een stroo-balm, meest rond, waar van twee en twee altyd by malkander staan op een steeltje, van malkander geboogen, als geopende beenen, of een Boere Vork: Van deze paren staan twee of drie op een andere groote steel, en diergelyke vyf boven die drie andere, en aan 't opperste t zamen twee in een kring, die de geheele dolle uitmaken, zo datze als in een verwerde bos hangen. Zy zyn wat krom, als een Sabel, van buiten ligt-groen, en esfen, dat menze voor lange steelen zoude aanzien, acht en tien duimen lank, van binnen zynze gevult met een wit melkachtig merg, 't welk verandert in dunne platte zaden, den Dille gelyk, doch lankwerpig, en bykans vierkant, weelers einden bekleed zyn met zeer dunne en spierwitte baartjes, als de fynste vlok-zyde, doch regt. Deze zaaden leggen ordentelyk en schuins op malkander, als gestapelde leyen, maar als de bouwve van rypheid berst, zo vervliengenze daar uit, en versluisen met den wind, gelyk men mede ziet van de *Nummularia Lactea*.

Dezen gebeelen boom is ook vol witte melk, die daar rykelyk uitloopt, als men de jonge takken quetst, of de bladeren afbreekt.

De schorsse des stams heeftze ook, maar weiniger, en dikker. Deze melk is bitter, en onaangenaam van smaak, doch gantsch niet bytende of scherp op de tonge.

Hy bloeit in de de drooge of Weste moesson, en de bouwven ziet men in April. Het bout is wit, ligt opdroogent, fyn, bet zagste en twitste van alle Amboinsche Boombouten, en laat zig gemakkelyk bewerken tot allerhande licht schrynwark, gelyk by ons bet Linden-bout: maar bet is jammer, dat bet niet durabel is, en zo ligt worm-steekig werd: Het beste bekomt men uit de vlekken by de wortel, en dan moet men bet nog al by droog weer, en een afgaande maan kappen.

Het is mede een groeizaam bout, en laat zig ligt verplanten met stokken en takken, daarom men paggar-stylen daar van maakt, die zeer licht opschieten, en in korten tyd tot groote boomen werden; ja al leggenze de blokken op den grond, schieten echter met wele takken op. Zy waschen gaarn in lustige plaatzen, als in de welden, en ydele bosschen. De witte mieren (*Solot* genaamt) woenen ook gaarn aan dezen boom, die 'er groote nesten aan maken, zo groot als een waterpot. De dunne wortelen zyn zeer bitter, en werden met de schorsse in de medicyne gebruikt, de schorsse werd bem dikwils afgetrokken, die in 't korte wederom aangroeit, en dat maakt bem zo knobbelig.

*Naam.* In 't Latyn *Lignum Scholare*: In 't Duitfch *School-hout*, na bet volgende gebruik: Op Maleyts *Pule*. Op Ternaats *Hangi*. Op Macassaars *Rita*. Op Amboins op *Leytimor Rite*. Op *Hitoë* en *Hoeamohel Lite* en *Lytobu*. Op Bandaas *Tewer*, in *Horto Malabarico* tom. 1. Fig. 45. biet by in 't Malabaars *Pala*, in 't Braminees *Santenu*.

*Plaats.* Hy is bekend in alle de Eilanden van *Water-Indiën*, en zo ik bemerken kan, uit bet verhaal van andere, ook in oud Indiën.

*Gebruik.* Daar men hem in meenigte, en in dikke stammen heeft, word hy tot planken en ribben gezaagt, en de huizen daar van gemaakt, dewelke wel zeer net en wit zyn, ook in de kamers een klinkende stem maken, maar zyn niet durabel, of men moest de voornoemde precijse tyd in 't kappen waarneemen, en die huizen mooi droog houden. Het gemeenste, dat men daar van maakt, zyn zekere plankjes van een voet lank, of meer, en een vinger dik, aan 't eene eind met lofwerk uitgefneeden, en een oog daar aan gemaakt, dat menze ophangen kan, daar op de school-jongens leeren schryven, of van de meester baare lessen in schrift ontfangen, dieze leeren zullen, zo wel in de Christenen, als Mooren scholen. Dit schrift kan men met de bladeren *Ampelaas* wederom uitvryven, tot dat bet plankje wederom wit en zuiver word, en andere schrift ontfange, gelyk men by ons met de leyen, en ezels buiden doet.

De Javanen en Maleyers maken bare kruit-doozjes, en ander klein Schrynwark daar van. Uit de breede vlerken

latis trunci alis menſæ minores ac crateres plani *Dulang* vocati fabricantur. Trunci ſegmenta adhibentur ad fulcra poſtium, Ternatenſibus *Mabangi* dicta, quum radices in terram emittant, diuque viſcant.

Cortex multas comprobatas poſſidet virtutes in arte Medica, cum ſucco enim acidorum Limonum & pauxillo ſalis contritus, cribratus, & propinatus, ventriculum depurat a pituitoſa viſciditate, detergente ſua & amaricante vi, ac perditum reſtituit appetitum, ſed ingratum præbet hauſtum. Hanc ob cauſſam raſura huius corticis cum ſubſequenti ligno venalis proſtat in Sinenſium ciſtis medicinalibus inter alia aromata, quæ ex Java adducuntur. Idem hic cortex cum aceto contritus tumidos curat ventres, (non vero obſtructiones *Tekatu* vulgo dictas,) ex quibus putridæ oriuntur febres.

Idem quoque cortex cum illo *Ampaci* ſupra deſcripto, & ſucco Limonum acidorum contritus, ac oleribus inſperſus omnes fugat vermes & erucas. Alii hunc conerunt corticem cum foliis *Klitsji* & *Sombong*, in pauxillo aquæ, propinantque contra febriculas lentas, & fere continuas. Tenuis huius radices cum *Pinanga* manducata, & deglutita ſpuriam tollunt Pleuritidem, omneſque pectoris & doſi lacerationes. Interior cortex in aqua contritus & propinatus ventriculum & inteſtina corroborat. Hunc in finem multi ex Macaſſarenſibus primores, contritum hunc corticem tam viridem quam ſiccum coctæ admiſcent aliquando *Oryzæ*, aliisve cibis, quos ſimul comedunt, dicentes; corroborare ventriculum ac pingues reddere homines, quidam vero Malayenſes & Javani ipſum hunc in finem adhibent lignum. Ternatenſes hunc conerunt corticem cum aceto, quem contra febres propinant.

Arbor hæc quam maxime inimica eſt & oppoſita Macaſſarenſi toxicariæ arbori, ita ut ſi ramulus vel folium illius in cameram adferatur, in qua venenum iſtius arboris pendet, ipſique ſubmoveatur talis ramus, viribus penitus deſtitutum erit, quo modo autem cum foliorum petiolis venenum iſtud ex vulneribus, per tela hoc veneno infecta inſiſtis, ſit extrahendum, vide infra in *Arbore Toxicaria*.

Huius arboris lac inſtillatur vulneribus animalium vermibus repletis, unde emoriuntur hi & decidunt. Radices quoque adhibent ad naſi ulcus, *Rofſon* dictum, curandum, cum aliis medicamentis mixtas.

In quibusdam parvis inſulis ſpeciem huius arboris inveni, quam putabam a vulgari diverſam, ejus enim folia multo majora erant ſimiliaque illis, quæ *Rex Amaronis* gerit, multoque lacte referta, forte eſt *litoræa Pule* arbor, quam inveniebam in inſula puſilla columbina ſeu *Hulo-Anan* dicta. Javani vaginas telorum ſuorum ex hoc quoque formant ligno.

Si quis ex alto lapſus vel contuſus ſit, atque inde magnas perſentit lacerationes, ardoremque in interioribus partibus, huius trunci corticem ſumat, radicem cum uno alterove *Pule* folio, ac fruſtum toſti *Calappi* nucleï, hæc ſimul conerantur cum pauxillo aquæ, quorum ſuccum exprime & inbibe. Depuratus *Pule* cortex cum dimidia aquæ & dimidia aceti parte obturata ollæ incoctus, addito *Curcumæ* fruſtulo, dimidia nuce Moſchata, ac fruſto *Zingiberis* contritæ, propinatur puerperis poſt partum non bene expurgatis. Idem hic cortex cum æquali aceti & aquæ parte contritus & aſſumptus tumidum emollit & minuit lienem, ac inteſtina depurat ab aquoſis humoribus. Juniora ejus folia arundini *Bambu* cum aqua incocta, ac matutino tempore propinata, tam cito & tuto *Beriberi* ſeu *Paralyſin* curat, ut non ultra binas doſes repetere neceſſe ſit.

NB. Inquirendum eſt, an arbor Ternatenſibus *Bindaus* dicta, in *Hoeamohel*, *Mintäoſſa* vocata a præcedenti differat. Ejus enim folium erit inſtar illius *Pule*, ejusque lignum album & molle eſt, aptumque ad vaginas telorum.

Altera quoque arbor eſt *Poelo Batu* dicta, de qua vide *Libr. 4. cap. 11. in Caſaſſo Citrina*.

### Tabula Octogefima Secunda

Ramum exhibit Ligni Scholaris, quod *Tabernamontana* foliis lanceolatis vocatur.

OBSER-

ken, maakt men kleine tafeltjes en boutte platte bakken (*Duiang* genaamt.) De mooten van den ſtam gebruikt men tot onderleggers van *Paggers*, by de Ternatanen (*Mahangi* genaamt) om datze wortels in de aarde ſchieten, en lang groen blyven.

De ſchorſſe heeft veele geprobeerde nuttigbeden in de medicynen, want met het ſap van eenige zure Limoenen, en een weinig zout geveeven, doorgekleiſt, en gedronken, zuivert de mage van pituiteuſe ſtymerigheid, met zyne afvegende bitterheid, en brengt de verloore apetyd wederom, hoewel het wat moeyelyk inteneemen is. Om deze oorzaak ziet men de geraspte ſchorſſe met het naaſte hout te koop in der Sineezen kruid-doozen, onder andere ſpeceryen, die men van Java brengt. Dezelfde ſchorſſe met *Azyn* geveeven, en gedronken, geneeft de geſwollen (niet *Tekatu* in 't gemeen de koek genaamt) buiken, en daar uit onſtaane verrotte koortzen.

Dezelfde ſchorſſe met die van boven genoemde *Ampac* en ſap van zure Limoenen geveeven, en op de moes-kruiden geſtrooit, laat geen wormen of rupzen daar aangroei-en. Andere vryven de ſchorſſe met de bladeren van *Klitsji* en *Sombong* in een weinig water, en geven dat te drinken tegens de geſtadige binnekoortzen. De dunne wortels met *Pinang* gekaauwt, en ingeſwolgen, verdryven het baſtaart pleuris, en alderhande ſteeken in de borſt en rugge. De binnenſte ſchorſſe in water geveeven, en gedronken, ſterkt de maage, en het ingewand. Tot den zelveinde hebben veele groote op Macaſſar een gebruik de geveevene ſchorſſe, zo groen, als droog, nu en dan in de gekookte ryſt, of andere koſt te mengen, en t'zamen te eeten, zeggende dat het een gezonde mage, en den menſch vol-lyvig maken. Zommige Maleyers en Javanen gebruiken zelfs het hout hier toe. De Ternatanen vryven de ſchorſſe, en drinkenze met wat *Azyn* tegens de koortze.

Dezen boom is een geweldigen vyand van het Macaſſaarze ſpatten-gift, zodanig als men een takje of blaadje in een kamer brengt, daar het voorscbreeve gift hangt, en daar onder houd, zal het zelve gantſch kragteloos worden. En hoe men met de ſteeltjes der bladeren het gift uit de wonden (van ſpattengemaakt) trekken kan, ziet hier na in *Arbor Toxicaria*.

De melk doet men in de wonden van beeſten, die vol wormen zyn, waar van zy ſterven, en uitvallen. De wortelen gebruikenze ook, om het geſweer in de neuze (*Rofſon* genaamt) te geneezen, met meer andere dingen gemengt.

Ik hebbe op zommige kleine Eilanden, een zoorte van dezen boom gevonden, dewelke my voorquam van de gemeene te verſchillen, want de bladeren waren veel grooter, die van den *Rex Amaronis* gelyk, en zeer vol melk, miſſchien is het een ſtrand *Pule*. Ik vondze op 't *Duiven* Eiland *Hulo-Anan*. De Javanen maken bare kris-ſcheden ook van dit hout.

Als iemand gevallen, of geſtooten is, en daar door groote ſteeken, en brand van binnen gevoeld, die nemen de ſchorſſe van den ſtam, de wortel met een of twee bladeren van *Pule*, en een ſtuk gebraden *Calappus* pit, vryſt het te zamen met een weinig water, drukt het ſap uit, en drinkt het in. De ſchoongemakte ſchorſſe van *Pule*, met half water, half *Azyn*, in een wel geſtopte pot gekookt, daar by doende een ſtukje *Curcuma*, een halve Noote-muſſchaat, en een ſtuksken kleine *Gember*, geeft men te drinken aan *Kraam-vrouwen*, die na 't baren niet wel gezuivert zyn. Dezelfde ſchorſſe, met half *Azyn*, en zo veel water geveeven, en ingenomen, doet de geſwollen milt ſlinken, en zuivert het ingewand van de waterzugtige humeuren. Als mede de jonge bladeren in een *Bamboes* met water gekookt, 'smorgens gedronken, geneeft de *Beriberi* zoo ſpoedig, dat men boven twee *Bamboezen* dranks niet van doen heeft.

NB. Te onderzoeken, of den boom by de Ternatanen *Bindaus*, op *Hoeamohel* *Mintäoſſa* genaamt, van den voorgaanden verſchille: Want by zal een blad hebben als *Pule*, een wit en week hout, bequaam tot kris-ſcheden.

Daar is nog een boom *Poelo Batu* genaamt, waar van ziet *lib. 4. cap. 11. in Caſaſſus Citrina*.

### De twee-en-tachtigſte Plaat

Vertoont een Tak van het School-hout, ofte de *Tabernamontana*, met lankwerpige blaaden.

AAN.





## OBSERVATIO.

Ad arbores lactescentes filiquosas polyspermas floribus crateriformibus hanc arborem pertinere quisque facile videt, an vero ad *Neria*, *Apocyna*, vel similia sit reducenda, incertus diu fui, donec in *Plumierii* novis plantarum generibus invenirem genus *Tabernamontana* ipsi dictum, cui hæc penitus respondet arbor, ipsique vocatur *Tabernamontana* lactescens Citri foliis undulatis, & in *Horto Cliffort. pag. 76.* *Tabernamontana* foliis lanceolatis, & foliis oblongis splendidibus *ibidem. Houft.*

Quondam ad *Neria* a *Breyne* in *Prodrom. 2. pag. 77.* hæc arbor relata fuit, vocaturque ipsi *Nerium* lactescens Malabaricum maximum pentaphyllum, polyanthemum, flore minimo, racemoso, ex odorato viridi albicante, filiquis propendentibus longissimis. Nomine *Pala* in *Hort. Malab. tom. 1.* describitur, ubi *Tabula 46.* elegantissima ejus exhibetur icon, &c.

## CAPUT QUADRAGESIMUM.

*Arbor Pinguis. Mamina.*

Post priores magisque notas lactiferas arbores, quædam subsequuntur, quæ nullum quidem lac, sed viscosum fundunt succum, qui in certum adhibetur usum.

*Arbor Pinguis* mediocris & silvestris, arbor est raris confans ramis incurvis & extensis, quorum tenuiores sunt pingues, flexiles, ac simul fragiles. Folia sine ordine locantur, suntque vulgaris formæ, palmam & ultra longa, tres quatuorve digitos lata, ad oras ruditer dentata instar magnæ lignæ ferræ, dentes vero hi late distant nec profundi sunt, folia porro sunt glabra, firma, & pingua, costis rarioribus transversalibus pertexta. Juniora autem folia sunt paulo majora, & flaccidiora, coloris ex fusco & obscure nigricantis mixti, adeoque glabra & splendentia, ac si oleo essent obducta. Singulum autem folium non directe e petiolo suo erigitur, sed prope ortum sinum format, unde & retrorsum flectitur.

Juniorum foliorum sapor primo est acidulus, dein amaricans, semper autem cum notabili adfrictione, unde detegitur ex contrariis constructa esse partibus, ac primo laxare, dein detergere, ac denuo adstringere.

Flores ex parvis rarisque dependent racemis plurimum muscosi, ex flavis constructi staminulis & tribus ambientibus brevibusque luteis petalis constantes, qui florem constituunt. Fructus rari itidem paucique simul dependent, ita ut unus alterve aliquando tantum excrescat & perfectus sit, suntque baccæ oblongæ Olivæ-formes, vel in hisce terris fructibus *Varingæ* majoris similes sunt, sed breviores & rotundiores, superius umbilicatæ, primo virides, dein luteæ, ac tandem rubentes, Externe autem hæc baccæ sunt obductæ carne viscosa, vix cultrum crassa, quæ, si incidatur, roseum rubentemque habet colorem, & crassum flavumque exsudat lac, sub hac lignosum reconditur putamen, rotundam efformans nucem in penitus maturis fructibus, externe nigram & rugosam, in qua nucleus reconditur uti in *Gnemonis* fructibus, viscosus, cinereusque, substantiam & colorem cocti renis referens.

Ex vulnerato hujus arboris cortice spissum, albicansque, sed rarum exstillat lac, quod mox flavum exsiccat, & maxime viscosum est instar pigmenti, fatuum, & ingratum, ad linguam adstringens, quod si in glebam colligitur, in gummi condensatur obscure flavum. Lignum est molle, albicans, & inutile. Ad oras silvarum & in vallibus crevit, ut & in levi silva. In altis montibus raro occurrit, quæque ibi reperitur, semper altior excrescit & erectior, per ramos depactos transplantari potest, sed tarde progeminat.

Tom. II.

Hujus

## AANMERKING.

Dat deeze boom behoort tot de Melkgevende boomen met lange peulen, en veel zaaden en kelkvormige bloemen, kan ieder kundige licht zien, dog ik heb lang onzeker geweest tot welk geslacht, het zy tot de *Neria*, *Apocyna*, ofte diergelyken hy te brengen was, tot dat ik eindelyk in de nieuwe geslachten van Plumier vondt een geslacht, dat by hem *Tabernamontana* genaamt wert, met het welk deeze boom geheel overeenkomt, die van hem genaamt wert Melkgevende *Tabernamontana* met bladen als de Citroen-boom dog omgevouwen, en is de *Tabernamontana* met lankwerpige bladen in de *Hortus Cliffort. pag. 76. &c.*

Voor deeze is deeze Boom tot de *Nerium* gebragt van *Breyne* in zyn tweede *Prodr. p. 77.* en wert van hem genaamt Malabaarsche Melkgevende *Nerium*, met vygebladen en veel kleine trosachtige ruikende, groen-witte bloemen, met zeer lange afhangende houwen; onder de naam van *Pala* komt ze voor in de *Hortus Malabar. eerste deel Tab. 46.* alwaar mede een fraaye figuur daar van gevonden wert.

## XL. HOOFSTUK.

*De Vette-Boom.*

Na de voorgaande en meest bekende Melk-boomen, volgen nu zommige, die juist geen melk, maar een klevrigen zâp uitgeven, den welken men tot iets gebruikt.

*Arbor Pinguis* is een middelmatigen en wilden boom, met weinige kromme en uitgebreide takken, waar van de dunnere vet zyn, buigzaam, en kort afbrekende. De bladeren staan zonder order, en zyn van gemeen fatsoen, een hand lank of meer, drie en vier vingers breed, aan de kanten grof getand, als een groote hout-zaag, doch de tanden staan wyd van malkander, en gaan niet diep in, glad, styf, en vet, met weinige daversribben. De jonge bladeren zyn wat grooter, en slapper, van verwe bruin, met wat donker-groen gemengt, zo glad en glimmend, als of ze met Oly bestreken waren. Het blad staat niet regt op zyn steel, maar altyd by zyn oorspronk een bogt hebbende, en dierhalven achterwaarts geboogen.

De smaak aan de jonge is in 't eerst wat zuur, daar na bitter, doch doorgaans met een merkelyke zamentrekking, waar uit men merkt, datze van contrarie deelen gemaakt zyn, in 't eerst laxerende; daar na afvagende, en op 't laast adstringerende. De oude bladeren zyn malzoet, met een kleine zamentrekking.

Het bloeizel hangt aan kleine ydele trosfen, meest mosachtig, en van geele draatjes gemaakt, omgeven van drie geele en korte blaadjes, die het bloempje maken. De vruchten hangen ook weinige by malkander, zomtyds aan het gebeele trosje niet meer, als een of twee tot perfectie komende. Dezelve zyn lankwerpige bezien, de Olyven gelyk, of bier te lande de vruchten van de groote *Varinga*, doch korter en ronder, met een naveltje boven op, eerst groen, daar na geel, en ten laast rood. Van buiten zynze bekleed met een klevrig vleesch, schaars een mes dik, rooze-rood, als men daar in snyd, een dikke geele melk uitsweetende, daar onder leid een houtachtige schaale, een rond nooteken makende, in de gebeele rype van buiten swart en rimpelig, daar in leid de beest, als in de vruchten van *Gnemon*, slymerig, graauwachtig van substantie en couleur, als een gekookte nier.

Uit de gequetste schorsse van dezen boom druipet een dikachtig, witte, doch schaarsse melk, dewelke kort daar na geel, en zeer klevrig word, als vernis, las, en onaangenaam, op de tonge mede zamentrekkende, ook veel in een klomp vergadert, besterft tot een donker-geel Gom. Het hout is week, witachtig, en onnut. Hy wast aan de kanten van de Bosschen in de valeyen, en onder het ligte kreupel-bosch. In 't booge woud vind men hem zelden, en die daar wast, word veel hooger en regter van stam. Men kan het ook verplanten met stokken, doch komt langzaam op.

I i

Men